

de confiteri aliis, sive regularibus, sive sæcularibus, a solo Ordinario approbatis et a superiore non deputatis? Quidam affirmant, quia sunt adhuc de facto sæculares; alii negant, quia nemo potest valide confiteri nisi proprio sacerdoti, vel alteri de ejus licentia; proprius autem sacerdos novitii est prælatus monasterii; proprius enim cujuslibet fidelis sacerdos est ille in cujus districtu fidelis habet domicilium; novitius autem habet domicilium in monasterio. Adde, quod, si Episcopus esset proprius sacerdos novitii, is non posset confiteri nisi sacerdoti ab Episcopo approbato et deputato, quod ex generali praxi contraria constat esse falsum. Hæc sententia mihi est valde probabilis; et, cum sit tutior, tenenda est in praxi.

3722. A continuación de estos dos graves autores, que defienden que el novicio no puede confesarse válidamente sino con el confesor designado por su prelado, voy á transcribir las palabras del erudito Donato, en su tomo 3, *Rerum Regularium Praxi* (*De confessor. regular.*, tract. V, q. 28). Dice así:

«Sed quid dicendum si (novitii) in via, vel in monasterio eligant (confessarium) sine sui prælati licentia? Confitenturne valide?»

»1.º Affirmative dic, dummodo eligat unum de approbatis ab Episcopo loci, vel generaliter a S. Papa; tum quia novitii secundum substantiam et ex parte rei sunt sæculares; unde possunt confiteri quando et quibus tenentur alii laici; tum etiam quia non sunt in monasterio cum obligatione observandi regulam vel præcepta prælatorum, nisi ex quadam decentia et urbanitate, prout docent Armilla, verb. *Novit.*; Sylv., verb. *Relig.*, 5, § 6; D. Ricc., 4.ª part. *Prax.*, resolut. 241; et sequitur Anton., Dian., 1.ª part., tract. VI, *de paup. relig.*, resolut. 27; et luculenter 3.ª part., tract. II, *De dub. regul.*,

resol. 4.ª, § *Sed contrariam sententiam.*

»2.º Nec dices, quod novitii toto tempore novitiatus sunt commissi jurisdictioni religionis; quia hoc est verum, sed non cum exclusione ab alia præcedenti jurisdictione. Unde possunt abire et retro aspicere; Suarez, tomo 4, *De religionz*, lib. 2, tractat. VIII, cap. 19, num. 11, in fine.

»3.º Nec replices, dicendo quod novitius censetur mutasse domicilium, territorium, præsertim quoad ea quæ spectant ad sacramentum Pœnitentiæ; Sylv., verb. *Domicilium*, et Tiraquellus, *De Utroque Retractu*, 1.ª p., glossa 8.ª, num. 23 et 25; quia licet novitius per susceptionem habitus mutet aliquo modo domicilium; non tamen omnino amittendo primum; nam per ingressum religionis acquisivit domicilium sive quasi domicilium in religione, non tamen absolute et immutabiliter, adeo ut non possit recedere, si velit, et in primum abire; nec repugnat habere duo domicilia, et maxime unum domicilium, ut communiter docent doctores in materia pœnitentiæ, ubi quærent: Habens duo domicilia, unum in æstate, alterum vero hieme, cuinam tenetur confiteri?

»4.º Nec dices, quod fieri non potest ut quis simul habeat duos ordinarios pastores ad invicem minime subordinatos in hoc foro, sub prætextu quod hoc repugnet debito ordini, et confusionem inferat; quia, ut dictum est supra, non implicat nec est inconveniens neque impossibile habere duo domicilia simul; dummodo quis utroque simul in eodem tempore non utatur (Suarez, loc. cit.); ergo assumptum est verum.

»5.º Neque his tandem nocent decreta Clementis VIII edita pro novitiis, per extensum relata tom. 2, part. 4.ª, tract. II, ubi in § *Quilibet novit.* habentur hæc verba: *Ipsi autem magistro soli novitiorum confessiones audiendi cura committatur*; tum quia

prædicta verba multis modis explicantur, prout refert Diana, cit. loc., et egomet, ubi supra, tract. VI, q. 20, num. 4; tum etiam, quia illa dictio *soli* non sumitur taxative, sed signanter; argum. cap. 1, 32, q. 3, ubi glossa dictionem *solus* explicat *præcipue*; quod ad casum nostrum est dicere: Si aliqui sacerdotes deputandi sunt in confessores novitiorum, debet præcipue deputari ipsorum magister (Bordon, 1.ª part., resol. 34, q. 15, num. 38).

»6.º Dixi *valide*, sed non licite; quia hi tenentur cavere omne scandalum, et custodire decreta Papæ ac suorum superiorum, cum sint in novitiatu ut probentur; alias debent habitu privari et a religione expelli.»

3723. El Compendio Salmaticense, compuesto por el P. Fr. Antonio de San José, que, siendo procurador general en Roma de los Carmelitas descalzos, escribió allí su obra de *Teología Moral*, en el tomo 3, trat. XXXVIII, num. 40, dice así:

«Inquiritur 4.º Cui debeant novitii confiteri?—Resp. Debere regulariter confiteri cum suo magistro, ejus socio, vel confessariis a prælato deputatis; hoc enim consonat decretis pontificiis, ac expedit ut sic melius possint dirigi in via spirituali. Valent tamen absolute confiteri, etiam inscio prælato, cum confessario approbato ab Episcopo, sive sæculari, sive regulari, et absolvi adhuc a casibus reservatis in religione, qui non sunt reservati pro novitiis, nisi exprimantur, quod rarissime convenit. Valent pariter uti privilegio Cruciatæ pro eligendo confessario ab Episcopo approbato, quia non sunt in rigore religiosi, quibus id vetitum est.» * Acerca de estas últimas palabras, véase lo que se dice en la nota al núm. 3662. *

3724. Por último, el erudito Ferraris en su *Biblioteca*, palabra *Approbatio* (núm. 2 y siguientes), dice así:

«Confessarii approbati pro fratribus, sine expressa exclusione novitio-

rum, possunt valide absolvere etiam ipsos novitios. Nec obstant, ut censent aliqui, decreta Clementis VIII pro novitiis, ubi § 17 sic dicitur: «Magistro soli novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Licet autem superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorumdem novitiorum confessiones audire;» quia istæ ordinationes non sunt per modum præcepti, sed solum per modum regulæ et consilii; unde statutis regularibus non derogant, nec minus irritant confessiones aliter factas; sic in istis terminis tenet Molfes., part. 1, *Summ.*, tract. VII, cap. 14, num. 83, ex Peyrin., pag. 298; quæ verba sunt impressa immediate post verba citat. decreti § 17, in *familiare regularium*, typis dat. Neapoli 1706, a P. Josepho a Neapoli. Et talem esse mentem Pontificis, colligitur etiam ex illis suis verbis: «Licet autem superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorumdem novitiorum confessiones audire,» cum superior localis de jure non habeat facultatem alios approbandi ad valide absolvendum. Unde etiam Bordonus, resol. 4.ª, num. 11, tenet confessiones novitiorum factas alteri a magistro esse validas, quia censet decreta Clementis VIII pro novitiis non obligare sub culpa.

»Novitii absque licentia prælatorum Ordinis possunt valide confiteri et absolvi a peccatis, etiam in religione reservatis, per quemcumque confessarium ab Ordinario pro sæcularibus approbatum; quia novitii ante professionem non sunt vere et realiter religiosi, licet gaudeant favoribus et privilegiis religionis; sed quoad hoc sunt instar sæcularium, adeoque cuicumque confessario approbato ab Ordinario confiteantur, valida erit

eorum confessio: tum quia novitii ante professionem non obligantur sub culpa ad observationem regulæ et statutorum religionis, adeoque neque ligantur hoc statuto de confitendo soli magistro novitiorum: Rodriguez, tomo 1, q. 22, art. 11; Miranda, tomo 2, q. 34, art. 16; Portell, verb. *Novitii absolutio*; Melphi, in cap. 6, statut. 7, q. 10; Felix Potestas, tomo 1, part. 4.^a, *De ministr. pœnit.*, num. 3298; *Supplement. Theol. Decal.*, cap. 2, sect. 3, *De statu religioso*, numer. 128; Diana, et alii cum P. Kerchove, in *Statuta Generalia*, cap. 1, § 7, num. 4. Confessarii approbati pro fratribus possunt valide absolvere juvenes professos sub cura magistrorum degentes, nisi prælatus regularis in approbatione *expresse* excluderit tales juvenes professos; sicuti non sunt approbati quoad mulieres confessarii illi qui ab Ordinariis approbantur pro solis viris, cum expressa exclusione fœminarum: Melphi et Felix Potestas, loc. mox cit.»

3725. Voy á terminar esta cuestión copiando las palabras de los Salmaticenses, que la resuelven del modo siguiente en su *Teología Moral*, tomo 4, tract. XV, *De statu religioso*, cap. 3, num. 90:

«Sed inquires primo: cui confiteri debeant novitii, et quibus quoad hoc exemptionibus gaudeant? Respondetur, quod licet expediat regulariter ut cum magistro suo vel cum religiosis deputatis confiteantur, ut sic melius dirigi possint in via spirituali, possunt nihilominus cum aliis quibuscumque regularibus vel sæcularibus, intra vel extra domum, valide et licite confiteri, etiam de reservatis a sua religione; quia non sunt reservati pro illis, utpote non vere religiosi: cum autem sint fideles, possunt confiteri cum illis confessariis qui possunt quorumcumque fidelium confessiones audire: Pellizar., tract. II, cap. 6, num. 35; Antonius a Spiritu Sancto, tract. II, disp. 3, sect. 1, num. 225,

et tract. III, disp. 2, num. 150; Bordon., tomo 1, resol. 34, num. 38, et alii, quos refert et sequitur Diana, part. 3.^a, tract. II, resol. 4. Sed nota primo, quod, si confiteantur religionis illius domus solum a prælatis approbatis, si isti sint inhibiti novitiorum confessiones audire, invalide cum illis confiterentur; non quia ipsi (novitii) ex parte sua impediti sint, sed quia confessarii non habent quoad novitios jurisdictionem: Suarez, tomo 4, tract. VIII, lib. 2, cap. 17, num. 13. Nota secundo, quod possunt absolvi ab Ordinario approbatis, etiam inscio vel invito prælato monasterii: sed tunc non possunt ab eo absolvi a reservatis Pontifici; quia hoc privilegium confessoribus regularibus conceditur, non pœnitentibus: Pellizar, tract. II, cap. 7, num. 45.»

* Los confesores regulares no pueden absolver hoy de los reservados papales: véase el núm. 3416.*

Cualquiera que lea atentamente á Passerini, observará que el principal fundamento de su opinión, la cual defiende la nulidad de la absolución dada, por ejemplo, á un novicio dominico por un confesor dominico expuesto sin restricción para los religiosos de la misma Orden, pero no designado especialmente para confesar novicios, estriba en que el prelado quita la jurisdicción á ese confesor para poder confesar novicios, en el hecho de no designarle para eso. Confieso que no me parece muy sólido y verdadero este modo de sentir de Passerini:

1.º Porque sería cosa dura que el prelado diese una disposición tan severa sin motivo suficiente, y además sin declarar expresamente su voluntad de anular la absolución dada por ese confesor.

2.º Porque yo consulté dos veces este caso con los Padres Rectores de este Colegio, cuando estaba estudiando la presente cuestión. El actual Rector de esta casa, M. Rdo. P. Fray

Santiago Payá, Doctor graduado de la Universidad de Manila y Lector de Sagrada Teología, preguntado por mí sobre este punto, dijo que nunca pensó en suspender la jurisdicción de confesar á los novicios y profesos de la casa de noviciado á los que, siendo confesores de los religiosos, no estuviesen designados especialmente para confesar novicios y profesos de la casa noviciado. Habiendo preguntado esto mismo al anterior Rector de este Colegio, el M. Rdo. P. Fr. Joaquín Guixá (nuestro actual Prior provincial), me respondió literalmente lo mismo que el actual Rector.

He concluído esta larga cuestión; mas como á los que leen una obra, por lo común, agrada oír la opinión del autor, expondré la mía, aunque tan desautorizada. No me creo con luces ni con autoridad para decidir resueltamente esta cuestión; pero me inclino, como á más probable, á lo que dicen los Salmaticenses en sus palabras poco antes citadas; porque ni creo que los prelados suspendan la jurisdicción de los confesores expuestos sin restricción, aunque no designados para novicios, ni creo que las palabras de Clemente VIII, que ordenan que los novicios se confiesen sólo con su maestro, ó una ó dos veces al año con su prelado, ó con otro designado por él, contengan una prohibición tan severa que anule la validez de la absolución, si no se observa literalmente este decreto.

Es más: tengo por más probable que la absolución de los novicios en ese caso, no sólo es válida, sino también lícita, si hay alguna causa razonable: por ejemplo, si un novicio dijese á un confesor no designado: «Padre mío, tengo un pecado que me da una vergüenza muy grande, y siento suma repugnancia en confesarlo con mi maestro: tengo que comulgar mañana; haga usted el favor de reconciliarme:» yo en este caso le hubiera confesado sin escrúpulo algu-

no. En el día, Passerini y Billuart me han enredado algún tanto; y por esto deseara que, para que esta cuestión se resolviera de un modo convincente, se elevara una consulta á la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares, exponiendo la cuestión; y creo que no sería difícil obtener respuesta, si la consulta se hiciese por alguno ó algunos de los prelados superiores de las Ordenes religiosas.

* El Capítulo general de la Orden de Predicadores, celebrado en Lyon en 19 de Septiembre de 1891, dió las dos declaraciones siguientes, conforme á los deseos y opinión del autor. He aquí las dos declaraciones recaídas sobre las dos preguntas elevadas á la resolución del referido Capítulo general, á saber: «In Constitutionibus nostris, dist. 1, cap. 14, decl. 3, num. 260, legitur: Ipsi (Magistro) soli novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Circa hujusmodi verba, quæ ex institutionibus super receptione et educatione novitiorum, jussu Clementis PP. VIII, die 19 Martii 1603 editis, transcripta sunt, quæsitum est: I. Utrum confessio ab aliquo novitio professo votorum simplicium aut solemnium, inscio Magistro (aut etiam Priore) facta alicui sacerdoti alias approbato simpliciter ad audiendas confessiones fratrum, sit valida?—II. Utrum novitii valide extra Ordinem confiteantur, sicut et cæteri fratres (Const., num. 101), quando duos vel tres tantummodo confessarios ex Ordine ad manum habere possunt? Respondemus ad 1.^{um}: Confessionem ex se esse validam, et justa subsistente causa, omni vitio carere, cum citata verba Institutionis Clementinæ clausula irritantis nullibi muniantur, et juxta probatorum Auctorum sententiam, non habeant vim rigorosi præcepti ex se et directe obligantis ad culpam, sed potius regulæ seu instructionis, cujus transgressio ipsa non est peccatum.— Respondemus ad 2.^{um}: Novitiis pro-

fessis sive votorum simplicium, sive votorum solemnium, sicut et ceteris religiosis, suffragari moderationem, de qua in nostris Constitutionibus, num. 101, speciali tamen titulo aptandum esse novitiis monitum, quod huic moderationi adjectum voluit Capitulum Gandavi 1871, dicens: Valde tamen eos (fratres) hortamur, ut hac licentia (peccata sua confitendi quandoque extra Ordinem) non utantur nisi ex rationabili causa et quam rarissime fieri poterit.»

Estas resoluciones son, con más razón, aplicables á los simples novicios. Por tanto, la cuestión, tan extensamente dilucidada en este artículo por el P. Morán, al menos respecto de los Dominicos, está ya resuelta.*

CAPÍTULO VIII

DE LA PROFESIÓN RELIGIOSA

ARTÍCULO PRIMERO

De la profesión simple, de los privilegios que da al profeso, y del tiempo que ha de durar.

3726. Antes de tratar de la profesión solemnne, que antiguamente se hacía inmediatamente después de cumplir el tiempo del noviciado, se ha de tener presente la notable mutación que hizo Pío IX, de santa memoria, sobre esta materia. Con fecha 19 de Marzo de 1837, después de manifestar la necesidad de que sean bien probados los que toman el estado religioso, para impedir que se introduzcan en él lobos con piel de oveja, dió el importante decreto que, entre otras cosas, dice así:

«Cum igitur Ecclesia prudenti quadam œconomia ingruentibus malis juxta rerum ac temporum adjuncta provide sapienterque occurrere soleat, Sanctissimus Dominus noster

Pius Papa IX, religiosos Ordines præcipua benevolentia prosequens, et ab iis hujusmodi mala avertere summopere cupiens, rem deferendam voluit ad Sacram Congregationem super statu Regularium, ut Patres Cardinales, rebus accurate discussis, proponerent quidquid in Domino expedire existimassent. Itaque auditis eorundem Cardinalium sententiis, universaque rei ratione sedulo perpensa, hæc quæ sequuntur, quoad religiosas virorum familias in quibus solemnna vota emittuntur, ex Apostolicæ auctoritatis plenitudine statuit atque decernit, et ab omnibus ad quos spectant, ex obedientiæ præcepto observari et executioni demandari districte jubet; et contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione et derogatione dignis, derogat, ac plene derogatum esse declarat.

»Peracta probatione et novitiatu ad præscriptum sacri Concilii Tridentini, constitutionum Apostolicarum et statutorum Ordinis a S. Sede approbatorum, novitii vota simplicia emittant, postquam expleverint ætatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statutam, vel aliam majorem, quæ forsitan a statutis propriis Ordinis a S. Sede approbatis requiratur; et quoad laicos et conversos, postquam ad eam pervenerint ætatem quæ in constitutione Clementis VIII incipiente *In supremo* præfinita est.

»Professi, post triennium a die quo vota simplicia emisissent computandum, si digni reperiantur, ad professionem votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis, uti nonnullis institutis indultum est, professio votorum simplicium ad longius tempus jam concessa fuerit. Poterit vero superior generalis, ac etiam superior provincialis ex justis et rationabilibus causis professionem votorum solemnium differre, non tamen ultra ætatem annorum viginti quinque expletorum. Si vero

in ordine seu instituto provinciales non habeantur, eadem differendi professionem votorum solemnium facultas attribuitur etiam superiori domus novitiatus, de consensu tamen magistris novitiorum et duorum religiosorum qui in instituto aliquo gradu insigniti sint.»

Debe meditarse con mucha atención este decreto de Pío IX; porque si no se observase con el debido rigor el trienio de la profesión simple, la profesión solemnne sería nula, y ninguno sin dispensa pontificia puede alargar más allá de la edad de veinticinco años cumplidos la profesión simple; pues cumplida esta edad, debe admitirseles á la profesión solemnne, ó expelerlos de la religión.

Los autores que tratan de los simples profesos, dicen ordinariamente que éstos gozan de *todos* los mismos privilegios que los profesos solemnnes; hay, no obstante, una diferencia, á saber: que los simples profesos no tienen voto para admitir á la profesión solemnne. Esta resolución pontificia fué muy sabia; porque pudiera suceder (atendida la humana miseria) que, siendo muchos en número, hubiese colusión entre ellos en votarse mutuamente para la profesión solemnne. Por tanto, el Maestro General de la Orden de Predicadores elevó á la resolución de la Sagrada Congregación *super statu Regularium*, las dudas siguientes:

3727. «*Beatissime Pater:*

»Frater Alexander Vincentius Jandel, Magister Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum exponit, occasione nuperrimi decreti a Sacra Congregatione super statu Regularium die 12 Junii 1858, Apostolica auctoritate editi, nova quædam in quibusdam sui Ordinis conventibus exorta fuisse dubia, quorum solutionem ab eadem Sacra Congregatione enixe et humillime exposcit:

»1.^{um} Cum ex præfati decreti te-

nore (num. 8) professi votorum simplicium suffragium habeant in actis capitularibus sui conventus, quatenus et prout habent solemniter professi; quæritur, an inter hujusmodi actus capitulares recenseatur etiam actus receptionis ad votorum solemnium professionem? Nam præterquamquod votorum simplicium professi non sint de corpore professorum solemniter, contingere potest quod professi simplices numero excedant professos solemnnes, et inter eos periculum collusionis enascatur, cum alii post alios, vel simul vel post breve tempus, ad solemnem professionem admittendi sint.

»2.^{um} Utrum rejectio alicujus professi simplicis a majori parte patrum in Consilio, vel totius conventus in Capitulo per suffragia secreta prolata, ab Ordinis Generali Magistro, nulla alia intercedente inquisitione aut informatione, haberi possit tamquam legitima et justa causa, aut prudens judicium, ad hoc ut ejusdem professi votorum simplicium dimissio ab Ordine, et eorundem votorum solutio, ab ipso cum suo generali Consilio decerni et declarari possit?

»3.^{um} Et quatenus negative, quæritur 3, quid agendum, si Patres conventus ad excludendum novitium a professione solemnne perseverent, nec ulterius eadem differri possit, eo quod viginti quinque ætatis suæ annos novitius expleverit?

« Sanctissimus Dominus noster » Pius Papa IX, in audientia habita » die 7 Februarii 1862, ab infrascripto » Secretario Sacræ Congregationis » super statu Regularium ad supra » scripta proposita dubia rescriben- » dum mandavit: nempe, ad 1.^{um}, *Negative*; ad 2.^{um}, *Negative*; ad 3.^{um}, » pro admissione ad vota solemnna » post expletum triennium votorum » simplicium audiri quidem debet Ca- » pitulum conventuale ad instructio- » nem animi Superiorum: minime » vero a Superiore Generali vel ab ejus